12 Avril 1841 132

Montréal, le 12 Avril 1841.

MONSIEUR,

Je m'empresse de profiter de la présente pour vous envoyer une copie de la lettre que je viens de recevoir du Cardinal Fransoni et pour vous communiquer les facultés qu'il a plû à Sa Sainteté de vous donner. Je ne doute pas que vous ne receviez avec une profonde vénération et une vive reconnaissance les bénédictions et les faveurs dont elle vous comble, et que vous ne vous fassiez un devoir d'expliquer à votre peuple quelles sont les grâces auxquelles il aura le bonheur de participer.

Je suis, &c.

+ **IG.** Evêque de Montréal.

No. 3.

R. P. D. IGNATIO BOURGET.
Ep. Marianopolitano.
Marianopolim.

Illme et Rme Dne.

SSmus Dominus Noster Gregorius PP. XVI. summâ benevolentiâ accepit litteras, quas A. T., et Clerus omnis Marianopolitanus die 22 Augusti ad eum scripsit, quœque perspicuum continent tuî, et Cleri Marianopolitani erga Apostolicam Sedem observantiœ testimonium. Confidit autem Sanctitas Sua vos omnes unitatis centro tanta animi veneratione conjunctos, cum magna Religionis utilitate, in istâ Vineæ Domini parte semper esse laboraturos. Vos omnes præterea singulari benignitate respiciens SSmus Dnus Apostolica Benedictione, prout petistis, libenter cumulavit.

Rescriptum denique huic epistolæ adjectum, facultatum a SSmo Dno Ntro concessarum, ostendet votis tuis in eâ re plene satisfactum fuisse.

Precor Deum interea ut A. T. diù sospitem, ac felicem servet.

Amp. Tuæ,

Romæ ex Œdibus S. C. de Prop. Fide,
die 23 Januarii 1841,
Uti frater studiosissimus

(Signatus) J. Ph. CARD. FRANSONIUS Præfect.

(Signatus) J. *Arch. Edessen a Sec.*

(*Pro Apographo*)

Bibliothèque,
Le Séminaire de Québec,
3, rue de l'Université,
Québec 4, QUE.

137

BEATISSIME PATER.

Episcopus Clerusque Marianopolitanensis Sanctitatem Vtram suppliciter deprecantur,ut sequentes gratias ipsis ad decennium benignè concedat.

1. Lucrandi ab iis qui diversis confrate-nitatibus associati sunt, vel erunt ad dicendum unam aut tres missas proranimâ cujuslibet defuncti Suæ Societatis Indulgentiam Plenariam, ratione unius aut trium missarum supradictarum applicabilem animæ hujus defuncti,

2. Lucrandi partialem septem annorum Indulgentiam, totidemque quadragenarum,quoties per dimidiam horam orationi mentali, vel per idem tempus scripturæ sacræ lectioni, vel per quartam partem horæ visitationi SSmi sacramenti vel spirituali lectioni vacaverint,pro iis qui ratione proprii officii, vel aliter erunt moraliter impediti, ad lucrandam talem indulgentiam prædictis exercitiis per aliquod tempus vacare satis erit.

3. Ut quotiescumque tam Episcopus, quàm sacerdotes in Marianopolitanensi Diœcesi manentes, ordinariam confessionem audiverint, indulgentiam vigenti annorum lucrari sibi possint et ipsi pœnitentes haceàdem indulgentiâ frui possint ac valeant, si post confessionem sacram communionem receperint.

4. Ut quotiescumque tam Episcopus,quàm Sacerdotes in supradicta Diœcesi degentes generalem confessionem necessariam aut utilem per absolutionem expleverint, Indulgentiam Plenariam lucrari possint ac valeant, ac ipsi pœnitentes eamdem Indulgentiam Plenariam obtinere possint, modo confessi ac Sacra communione refecti in aliqua Ecclesia aut publico oratorio ad mentem Summi Pontificis, et pro S. Fidei propagatione oraverint. Quare

Ex Audientiâ SSmi habita die 2 Januarii 1841. SSmus Dominus Noster Gregorius Divina Providentia PP. XVI., referente me infrascripto sacræ congregationis de Propaganda Fide Secretario, perpensis expositis benigne omnes Indulgentias tam Plenarias, quàm Partiales in libello supplici petitas ad Decennium concessit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dat Romæ ex æd. dic. Sac.Congnis, die et anno quibus supra. Gratis sine ulla omnino solutione quocumque titulo.

(*Signatus*) J. Arch. Edessen.

(*Pro Apographo*)